



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. An & in quibus casibus testes, domestici produci possint, vel familiares, vel amici, & an etiam subditi possint testimonium dare pro suis Dominis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

Excommunicati denique (majore excommunicatione) ad testificandum in iudicio admitti non debent, quia inter infantes numerantur, prout colligitur quam ex o. *Venient.* 38. h. t. iuncta *Glossa final.* & caveretur etiam hoc expresse in c. *Decernimus* 8. *De sent. ex communione* 6. Ita tamen, ut excommunicatus non toleratus sive vitandus à iudice repellendi debet, etiam parte nihil opponente, si autem vitandus non sit, possit quidem iudex à testificando eum repellere, si excommunicationis publicè nota sit, non tamen teneatur, nisi pars adversa de excommunicatione contra eam testes recipiat, quamvis enim hic vitari non debat, sicut ille, & cùm hoc communicare possit, non autem cum illo, pars tamen, cui favor hic factus est, ut cum excommunicato non vitando communicare possit, non tenetur hoc favore sibi concessio uti, & consequenter à testificando eum repellere potest. In crimine tamen hæresis ob favorem Fidei, ad probandum hoc etiam excommunicati admittuntur.

## §. III.

*Quinam prohibeantur ferre testimoniū pro certis personis?*

**P**RIMÙ, non admittitur testis in iudicio patens pro filio, aut filius pro parente, propter naturalē amorem & affectionem; & hinc extenditur hæc assertio etiam ad matrem, ad omnes ascendentēs in linea paterna & materna, ad filios naturales tantum, spurious & incestuosos, ad filios adoptivos, si in patris adoptantis potestate sit adoptivus, imò nec viricus pro privigno, nec privignus pro

vittico testari potest, &c. Plures tamen etiam casus referuntur, in quibus filii pro parentibus, aut parentes in causis filiorum testes esse possunt, quos vide apud Auctorem hoc loco relatōs, quamvis non in omni casu sint semper omni exceptione majores. Ob hanc tamen etiam naturalis affectionis rationem, nec maritus pro uxore, nec uxor pro marito testificari potest regulatiter, nec sponsus pro sponsa, aut concubinarius pro concubina, nec consanguinei aut affines, in causis criminalibus vel Civilibus arduis, pro consanguineo, aut affine in tertio saltu gradu, ut testes admittuntur, nisi modici tantum prajudicij causa Civilis esset, aut in causa Criminali ad necessariam Rei defensionem, & ostendendam innocentiam adhiberetur illius testimonium, aut partes expresse contentæ essent, cùm vel sit exigua erga alterutram partem testis talis affectio, vel utrique æquè affectus sit, &c.

## §: IV.

*An & in quibus casibus testes domestici produci possint, vel familiare, vel amici, & an etiam subditi posse testimonium dare pro suis Dominis?*

**T**RIPPLICITER dici possunt aliqui domestici. Primi stricte, sicuti se habent Maritus & Uxor, & nati ex illis liberi, & qui sunt sub patria adhuc potestate; de quibus, quod pro se invicem testes esse non possint, priore §. dictum. Secundi domestici dicuntur in latiore sensu, omnes etiam famuli & famulæ pretio & mercede conducti, qui in eadem domo sub potestate unius patrisfamilias habitant

tant, & hujus imperio aliquo modo sub-  
funt. Tertiū domestici dicuntur in lati-  
fi na tamen acceptiores, qui in eadem  
domo simul convivunt, & conveſcun-  
tur, quos alii appellant etiam familiares,  
& commensales.

De secundi ergo generis domesticis  
loquendo, quod testes pro Parefamilias  
aut Domino esse non possint, nec in ci-  
vilibus, nec in criminalibus, summittur ex  
utroque iure 1. etiam 3. Cod. b. t. & ex  
c. In lueris 24. b. t. ob periculum scil.  
quod in tales personas facile cadit, ne  
dum Dominis parere, & favere volunt,  
falsum deponant, & pejerent. Si tamen  
desideratur esse domesticus tempore depo-  
sitionis, ita ut allata ratio locum in eo  
non habeat, repelliri non potest, nisi  
fraus aliqua, que in illius dimissione pra-  
summi posset, aut circa domesticum ta-  
lem honestas, & integritas omniem falsi  
suspicionem tollat; aut producatur tan-  
tum ad innocentiam Domini accusati  
vel suspecti probandam, aut scilicet Ad-  
versarius Reus, testes contra se produ-  
ctos esse domesticos Actoris, nihil con-  
tra eos excipiat; vel sit utriusque partis  
domesticus, aut testetur pro Domino  
contra alium Domesticum; aut produ-  
catur a Domino in causa difficultis proba-  
tionis, in subsidium aliorum testium, qui  
haberi non possint, &c. quamvis in tali-  
bus etiam causis non sint integræ fidei  
testes, & omni exceptione maiores.

Tertiū generis domestici, qui familia-  
res, & commensales dicuntur, possunt  
quidem produci, & admitti debent ut te-  
stes in causis eorum, quibus in eisdem ca-  
sibus absque subiectione tamen aliqua  
convivunt, & in eadem mensa conve-

ſcuntur, integri tamen omnino, & co-  
ni exceptione maiores non sunt, nisi mu-  
xima vita probitas omnem suspicionem  
tolleret. Pari modo amicus pro amico  
testari potest, de ipsius tamen filie  
gis ministris dubitari potest, pro quibus  
amicatiz, & judicis arbitrio: & quo-  
vis idonei testes non videantur, quo-  
vis imperati potest, a producentes, si  
producentur, si tamen imperi  
hi talibus tantum possit tatione uno  
falsi alicuius Jurisdictionis, admissum  
cum tanta in tali casu suspicio esse non  
possit, omni tamen exceptione maiores  
non sunt.

## §. V.

*An socius criminis, vel bonum  
posse esse testis pro socio, vel contra  
illum?*

Quamvis universaliter loquendo  
vel contra socium criminis non  
beat in testem adhiberi socius crimi-  
nalis, juxta e. Veniens 10. b. t. eo quod talis  
vis persona, infamis, & criminalis  
subicit periculum falsæ depositionis, &  
in illis tamen casibus, in quibus de  
examinari potest Reus, juxta superiora  
Acta, etiam in testem admittitur, & de-  
positio illius, sicut alterius visus & inde-  
personæ, fidem, sed valde exigam be-  
cit: prout etiam in criminis minoribus  
potest, si civiliter tantum, ad privatum  
scilicet beneficium agatur, & hic quo-  
statur, socius quidem criminis, non so-  
tem muneris fuit, nullum ex sua co-  
operatione emolumentum accipiendo. Po-  
ut habetu in e. *Mediatores* 3. b. t. in k.

Sicuti autem socius criminis non po-  
mittitur in testem pro socio bonorum  
quibus.